



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova
Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm
Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm**

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

Qvintvm Supplementum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263



SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
LATINARVM ET GRÆCARVM
SUPPLEMENTVM QVINTVM.

EX CATALOGO MSS. LIBB.

V. C. RENATI MORÆI Doctoris Medici Parisiensis.



FRAGMENTA veterum Chirurgorum Græcorum videlicet Heliodori, Galeni, Archigenis, Oribasij, Antilli, Asclepiadis Bithyni, Apollonij Citientis, Sorani, &c.

Ηλιόδωρος ἐπὶ τῶν κεφαλῶν τραυμάτων.

ἐπὶ περιδονισμῷ κρατίου.

ἐπὶ ὀσάδης ἐπιφύσεως.

ἐπὶ ἀκρωτηριασμῷ.

ἐπὶ τῷ κτῶν τοῦ δακτύλου συμβεβηκότων.

Γαλήνη ἐπὶ τῇ ἐν κεφαλῇ καταγμάτων.

Ἀρχιγένες ἐπὶ ὑποδραμίντος αἵματος.

ἐπὶ τῆς τῷ ῥαφῶν διασάσεως.

ἐπὶ τῶν ἀφαιρησομένων μερῶν.

Οριβασίος ἐν τῶν ἐπὶ Γαλήνης καταγμάτων.

ἐπὶ τῇ τῷ Γαλήνης ἐπὶ ἐξαρθρομάτων.

Eiusdem de laqueis.

Ἀπίλλου ἐπὶ ὑδροκεφαλῶν.

Ἀσκληπιάδης τῷ Βιδύνης ὅτι καὶ διὰ νόσον ἡσθονίαν ἐξαρθροί πτες γίνονται.

Ἀπολλωνίου Κιτίως τῷ ἐπὶ ἀρθρῶν τραυματίας.

Σωφάνη ἐπὶ σημείων καταγμάτων ἐπὶ κραίῳ.

ἐπὶ ἐπιθέσεων.

Ruffi Ephesii de appellatione partium corporis humani, de ossibus, & quæ desunt ad librum editum de vesicæ & renum morbis.

Lexicon Alphanumericum nominum Chymicorum ad metalla pertinentium.

Interpretatio alphabetica herbarum quæ sunt apud Galenum.

Melerii de natura hominis. Item Commentaria in Aphorismos Hippocratis, Græco Latinè è regione, parata ad edendum.

Fragmentum Commentarij in aliquot aphorismos Hippocratis.

Galenii definitiones, Introductio siue Medicus, de passionibus renum, de tremore, rigore, &c. de purgantium facultatibus, de parvâ pilâ, quod qualitates sint incorporeæ, de puero epileptico, de morborum temporibus, de totius morbi temporibus, de substantiâ facultatum, de curatione vitiorum animi, de utilitate respirationis, de præcognitione, de sectâ, de tumoribus, de theriaca ad Pisonem, de theriaca ad Pamphilum, de antidotis, & Græcè inedita, de consuetudinibus, de fasciis, commentaria in Hippocratem de diætâ, & quod animi mores sequantur temper corporis.

Aetii libri sexdecim Græcè, & octo postremi Græcè inediti. Item libri ix. x. xi. xii. xiii. xiv. xv. xvi. inediti. Item i. ii. iii. iv.

Theophili seu Philothei commentaria in libros septem Aphorismorum Hippocratis.

Ruffi, seu Galeni, synopsis de pulsibus.

Africani & Anonymi de ponderibus & mensuris.

Stephani Atheniensis commentaria in Prognostica Hippocratis, & in librum primum Galeni ad Glauconem.

Actuarij opera omnia Græcè inedita præter paucula.

Veteres Auctores Græci de Chymia inediti: videlicet Stephanus Alexandrinus, Olympiodorus Philosophus Alexandrinus, Anepigraphus quidam Philosophus, Isis Ægypti Regina, Ioannes Damascenus, Anonymi cuiusdam Iambi, Christianus, Zosimus Panopolita, Democritus, Maria, Anonymus in librum Comarii Philosophi, Pelagius, Ioannes Pontifex, Zosimus Panopolites alius à superiori, & Anonymi varii tractatus.

Theophili de hominis constitutione.

Palladii scholia Græca inedita in librum sextum Epidemiorum Hippocratis.

Ioannis

Ioannis Spei de curatione morborum singularum partium, Græcè ineditus.

Diuerſæ lectiones in Auctores Græcos de Arithmeticâ.

Ex Harmonicis Aristidis & Michaëlis Bryennij fragmenta Græca.

Item ex Aristide Quintiliano variæ lectiones.

De iis, quæ veteres de numeris Theologicè Philosophati sunt, cum emendationibus quibusdam in libellum τῶν θεολογικῶν ἀριθμητικῶν.

Ioannis Baptistæ Camotij scholia Græca inedita in librum XIII. Metaphysicorum.

Timothei Camotij Ioannis Bapt. filii commentaria in librum Theophrasti de piscibus.

Aristophanis Plutus & Nebulæ, cum scholis interlinearibus & marginalibus perpetuis, nondum editis. Item scholia iam edita.

Sophoclis Ajax flagellifer, Electra & Oedipus Tyrannus, cum Glossis interlinearibus perpetuis ineditis. Notæ quoque Marginales in eundem Aiace.

Emendationes & variæ lectiones in incertum Auctorem Historicum Græcum.

Scholiastes Nicandri in Theriaca similis edito.

Fragmentum Geographicum Ioannis Damasceni.

Philostrati de caractere Epistolari. Item Epistola ad Liuiam Augustam.

Bustathii commentaria in Dionysium de situ Orbis.

Dioclis epistola ad Antigonum Regem.

Hippocratis fragmentum de partibus corporis humani.

Aëtii fragmenta de Antidoto Theodoreto ex anacardijs ex capite II. Tetr. 4. lib. 1. Eiusdem Podagrorum cura.

Hephæstionis enchiridion de metris paullo diffimile ab edito.

Petosiris Philosophi Epistola Astrologica ad Nechepso Regem.

Dionysij Halicarnassei de veterum inquisitione.

Fragmentum Genealogiæ Deorum: Historicum item & Astrologicum.

Procli Sphæra & Anacreontis Epigramma.

Auernis Colliget cartâ pergamena.

Constantini Theoricorum libri octo.

Alexandri Iatrosophistæ verus interpretatio Tralliani paullo diuersa à Græco.

Astronomia Hippocratis.

Oribasij vetus interpretatio multum diuersa ab edita, tum ratione ordinis librorum, tum ratione rerum tractatarum.

Epistola artis Medicinae congrua Medicis ex doctrina Hippocratis per modum interrogationis & responsionis.

Hali abbatis practica.

Lanfranci Chirurgia, qualem Gallicè scripsit ab anno 1455. antequam eandem in Latinam verteret dialectum.

Ioannis de Barba Doctoris Medici Leodiensis de epidemia tractatus Gallicus scriptus anno 1365.

De Vinario Tractatus de peste Gallicus.

Isaac de Febribus, de elementis, de Vrinis, de gradibus medicinarum.

Galterius de Vrinis.

Henrici de Amondauilla Chirurgia numquam edita.

Varii Tractatus Medici, videlicet, Definitiones ægritudinum, de virtute aquæ viuæ, Practica pauperum Villanouani, Practica succincta de solo super librum nonum Almanforis, Benedicti Alberti super primum quarti Auicennæ, de conferentibus & nocentibus, de simplicibus & compositis ad morbos, Galteri doses, Ioannis Stephani doses, Mugnini Regimen sanitatis, de virtutibus duodecim signorum Zodiaci, Recapitulatio super librum de crisiibus & diebus criticis, Prognostica bona & mala ægritudinum, de vrinis cum distinctionibus, Ægidij summa libri vrinarum cum commento, Distinctiones pulsuum.

Anonymi de natura rerum.

Francisci Ximenis libri quatuor de natura & virtute stirpium & animalium in vsu Medico receptorum Nouæ Hispaniæ ex Hispanico sermone in Latinum conuersi.

Anonymi liber quartus de curatione Chronicorum morborum frequenter citatus sub Domine Galeni in glossario Lemouicensi, quod olim fuit Domini Ioannis de Cordes Canonici Lemouicensis. Additur Index vocum difficilium per alias voces explicatarum.

Qualiter primùm Apollo repererit apud Græcos medicinam.

Hippocratis epistola ad Antiochumi Regem

Epistola ad Mecœnatem.

Epistola ex libris Hippocratis, quales sint introducendi ad Medicinam.

Hippocratis epistola de adiuratione Discipulorum, & de compagine membrorum.

Epistola ex libris Hippocratis de formatione hominis.

- Hippocratis Epistola de Hæresibus medicina.
 Eiusdem epistola quot annis latuit Medicina.
 Largi Designatiani Epistola de qualitate & obseruatione medicina.
 Epistola ex doctrina Hippocratis de causis & signis mortis.
 Epistola ex Prognostico Hippocratis de acutis passionibus.
 Surani epistola de visitatione infirmi, & de generibus pulmonum.
 Veruasi, fortè Geruasi, epistola ad Cestadium filium suum.
 Praxagoræ epistola de quatuor humoribus ex libris Hippocratis.
 Marcelli epistola ad Theodosium Imperatorem.
 Plinii secundi epistola de Medicina ad amicos data.
 Cornelii Celsi epistola prima ad Iulium Imperatorem, & secunda Pullio Natali.
 Vindiciani epistola ad Valentinianum Imperatorem, & ad Pentadium altera de quatuor humoribus corporisque partibus.
 Platonis & Aristotelis Epistolæ de anima hominis & quatuor temporibus.
 Galeni epistola de phlebotomia & venarum incisione: Eiusdem Epistola de temperantia sanitatis: Item ep. de qualitate februm: necnon libri quatuor de Medicina, quorum primus est de ratione organi ventris & viscerum.
 Enumeratio Medicorum Illustrium.
 Alexandri Aphrodisiensis de febribus interprete Timotheo Camotio Io. Bapt. filio.
 Eiusdem Camotii liber de natura viperæ & eius usu in medicina.
 Martini de Ferrariis ex Parma de vitandis venenis opus dicatum Francisco Sfortiæ Vicecomiti Mediolanensi.
 Mayni de Mediolano Medici Parisiensis de regimine sanitatis & de vinis.
 Petri de Abano de Venenis.
 Anonymi de venenis & serpentibus.
 De interpretatione somniorum ordine alphabetico.
 De prognostico anni ex die Natiuitatis Christi.
 Indicia ex tonitru.
 De fortuna virorum & mulierum secundum signa Zodiaci.
 Iudicia somniorum secundum Lunationes.
 Aristotelis secreta secretorum, & epistola de conseruatione humani corporis versa per Nicolaum.

- Angeli de Gandulphis de peste.
- Anonymi de arte Chymica.
- Alterius Anonymi de lapide Philosophico.
- Pauli de Comitibus de Burano opus Medicinæ regnante Venetiis Augustino Barbadico.
- Ægidii de vrinis & pulfibus liber scriptus per Doctorem Montpelienfem anno 1332.
- Anonymi de Nutrimentis in particulari, bis.
- Anonymus Monachus quidam Cassinensis alius à Constantino de Febribus.
- Garioponti opera carta pergamena.
- Tractatus de piscibus.
- Rolandi Vlixbonensis seu Vliffiponensis Physici Illustrissimi Principis Ioannis patru Domini nostri Regis Francia gubernantis & regentis regnum Francia infigne opus de Physiognomiâ.
- Prosperi Aldoriffii Gelotofcopia cum copiosis in eam Commentariis Mauricii de Gregorio.
- Theodorici Ordinis Fratrum Prædicatorum Chirurgia seu ars medicandi equos & bestias.
- Iordani Ruffi Equitis & Marefchalli Imperatoris de cura equorum gallicè hoc titulo: *Jourdain Ruf Cheualier & Maifre de la Marefchaucie de l'Empereur, de la Marefchaucie des cheuaux.*
- Domini de Raconis de Ballistica seu re Tormentaria Gallicè hoc titulo: *Monsieur de Raconis, traitté de l'Arillerie dedié à Monsieur de Segur Baron de Pardeillan Conseiller d'Estat du Roy de Navarre.*
- Anonymi tractatus de epidemia versibus Gallicis.
- Picatrix Hispani libri Astrologici de conficiendis imaginibus Astrologicis.
- Alkindi de radiis stellarum.
- Pannifahulis lepidum contra græcos paradoxum de animantibus æthereis.
- Francisci de Verulamio de animato & inanimato.
- Ioannis de Temporibus seu Temporarii de mensuris & ponderibus.
- Epistolæ Magicæ Pelagii & Libanij.
- Podiani de Peste Gallicè.
- Artis Lullianæ emendatæ libri duo.
- Aristotelis de regimine Dominorum, vbi agitur de Physiognomiâ.
- Iacobi Camporæ O. P. de anima hoc titulo: *Iacomo Campora, de Zenda, de l'Ordine de Fratri Predicatori trattato de Anima. Item. La-*

- Zaro Gallineta libro d' Aristotele de la vertu.
 Goupyli de anima immortalitate oratio Latina ex Gallicâ L.
 Butellij Magni Reginae Eleemosynarii.
 Palladii de Arithmetica.
 Acta Parlamenti ab anno 1364. ad 1584. ou Registres du Parlement
 depuis l'an 1364. iusques en l'an 1584. Item extraicts d'un Journal Histo-
 rique sous Henry III.
 Tractatus de Pictura.
 Anonymi de Theoria Planetarum.
 Ioannitii opera quædam.
 Raymundi Lulli de intentione Alchymistarum.
 Compendium de epidemia per Collegium Facultatis Medicae
 Parisiensis ordinatum anno 1348.
 Tractatus de epidemia à quodam Practico Montispeffulani di-
 catus Parisiensibus Medicis.
 Anonymi doctrina de epidemia, eius causis & præseruatione.
 Petri de Amoufis tractatus de epidemia.
 Epistola Aristotelis ad Alexandrum. Item Diui Lucae ad Cl.
 Galenum omninò supposititia.
 Genealogia Regū & Comitū Angleria auctore Petro de Abario.
 Domini Mellini recepta & experimenta egregia.
 Arnoldi Villanouani Medicationis parabola.
 Ioannis Damasceni Aphorismi de vrinis.
 Coniuratio pro inueniendo thesauro.
 Kalendarium mensium.
 Alebrandini Regis Francorum Medici de regimine corporis
 Gallicè.
 Chryfogoni Polydori in libellos aliquot *scripsit*.
 Suetonius Tranquillus scriptus Neapoli ante annos 400. Vir-
 gilius, Statii Thebais, Lucanus, Claudianus, Terentius cum
 Glossis interlinearibus, &c. optimæ notæ.
 Isidori Hispalensis Episcopi Etymologiarum libri xx. cum tribus
 Epistolis Isidori ad Braulionem & Braulionis ad Isidorum, quæ
 non sunt in editis.
 Alani de complanctu naturæ.
 Egidii Romani de regimine Principum.
 Tabula Nouem Iudiciorum liber Astrologicus ferè totus Al-
 bohazen Haly.
 Albumasar de occultis.
 Zehel Iudæi Introductorium ad scientiam, Iudicium Astro-
 rum, de interrogationibus; & significatione temporis in inter-

rogationibus.

Albohaly liber secundus de dignitatibus nati.

Anonymi quæstiones duodecim domorum.

Receptæ variæ, & de Hæmorrhoidibus tractatus Dialecto Prouinciali vernaculâ.

Theodoretus Compilator, seu multifarius libellus, interprete Ioanne Baptista Camotio,

Liber qui vulgò inscribitur Passionarius Galeni, multum discrepans ab editis.

Anonymi Thesaurus sapientiæ Gallicè, siue Historia vniuersalis ab Adamo ad Tiberium Imperatorem.

Tractatus Chemicus de transmutatione.

De hora & crisi recumbentis secundum Lunam.

Ioannis Hispalensis Isagoge Astrologica eadem cum epitome edita Norimbergæ.

Philonis Philosophi Chemica.

Libanij Galli de circulo veritatis epistola.

Coniecturæ in Anonymum de Arte Rhetorica Aristotelis.

Marci Antonii Mureti Lectiones in Rhetoricam Aristotelis.

Locus Simplicii desideratus in Epictetum. Item alter eiusdem in Physicam Aristotelis.

Iani Dalechampii de summo bono.

Dampetri Phaleuciorum libri quatuor de institutione eius, cui sunt Virgines instituendæ: quorum duo ad corporis salutem pertinent, alii duo ad curam animorum. Item alii Phaleuci ad Zruchium, & Zruchii ad Dampetrum.

Liber Arabicus egregius *del mandamento de iustitia*.

Alter liber Arabicus de Grammatica.

Liber Turcica lingua cum libello Hebræo.

Oracula Zoroastris, interprete Iacobo Marthano Medico Parisiensi.

De Lamiis, Incantationibus & Magis.

De furtiuis & occultis notis in rebus Sacris & occultis scientiis.

Imago Tripodis antiqui in Prouinciâ Salyorum anno 1629. reperi, cum eiusdem explicatione Gallicâ.

Iacobi Dalechampii Medici eruditissimi epistolæ ad varios & variorum ad illum.

Capelli Medici Parisiensis libellus supplex ad supremam Senatam aduersus Chymistas, vbi Paracelsi errores norantur à Sorbonâ damnati.

Formate testamenti pagani Romanorum, vbi antiquum Lucii Cuspидii Testamentum continetur.

Briffoti annotationes in librum Galeni de arte parua.

Guillelmi de Guillailla peregrinatio vitæ humana lingua vernacula.

Riccoboni cum Marco Mutio dissensio.

In eadem instructissima Bibliotheca præter enumeratos infiniti sunt aliorum Auctorum Tractatus, tum Medici, tum Philosophici, aut Philologici, sed recentiorum: quales sunt è Parisiensibus Duretus, Petreius, Syluius, Riolanus, Contæus, Martinus, Gourmelenus, Seguynus, Rochonus, Perdulcis, Axaxia, Zolinus, Portus, Lamonijs, Marefcotius. Ex Monspelliensibus, Valefcus de Tarenta, Saporta, Varandæus, Pradillaus, Gordonius, Canapius. Ex Italis Camotii Pater & Filius, Parisius, Riccius, Curtius, Marsilius Cagnatus, Matthias Puchelius, Deodatus, Cardanus, Bernard. Paternus, Capiuaccius, Marchellus, Bottonus, Santorellus, Latinus. Ex Hispanis Hieronymus Pla, Antonius Honoratus Noguerra, Gorrea, Bartholomæus Nurnesius, Collado, Segurra, &c. quibus meritò annumerabitur ex Germania Casparus Hofmannus ante aliquot annos Altorfij prope Norimbergam demortuus, cuius opera plurima editioni parata possidet V. C. Guido Patinus Bellouacus, Medicus Parisiensis, ac pro tempore Medicæ Facultatis Decanus, atque hæc imprimis:

Caspari Hofmanni Apologia pro Galeno seu *Χριστομαθῶν* libritres. Quorum primus continet τὰ Εἰσαγωγικά. Secundus τὰ Φυσιολογικά. Tertius τὰ Παθολογικά.

Eiusdem V. C. Caspari Hofmanni Praxis medica: hoc est Galeni methodi medendi libri 14. noua versione & commentariolis illustrati à Casparo Hofmanno. Adiecta sunt quatuor Oratiuncula eiusdem Auctoris de dictorio illo, *Medicè viuere esse miserè viuere.*

Vita Medica, hoc est Galeni *ὕγιων*, siue Methodi sanitatis mendæ libri sex, noua versione & commentariolis illustrati à Casparo Hofmanno.

Theophrasti de Historiâ plantarum libri nouem cum fragmento decimi à Casparo Hofmanno interprete dicati D. Guidoni Patino Bellouaco Doctore Medico Parisiensi, quem amicam suam incomparabilem vocat.

De anima & eius facultatibus, prout Medicus eam considerat, ad virum clarissimum D. Henricum Gras Medicum Lugdunensem.

Tractatus Physiologici tres quorum i. est de Partibus similibus. ii. De Spiritibus & calido innato. iii. De Humoribus. Quorum omnium, aut saltem precipuorum, urgebitur editio, quam primum licuerit per Bellonam, cuius furoribus tota Gallia miserè iam ab aliquot annis exæstuat.

APPENDIX SUPPLEMENTI V.

A Clarissimis Viris Renato Morao & Guidone Patino celeberrimis Medicæ Facultatis Parisiensis Doctoribus non patiar seiungi utrique à primis ineuntis adolescentiæ studijs coniunctissimum V. C. Gabrielem Naudæum, Parisiæ, Doctorem Medicum ac Priorem Artigia in Lemouicibus: & quæ in eius celeberrimâ Bibliotheca (præter inserta iam ante singulis penè paginis nostri Antiquarum Lectio- num Latinarum Græcarumque speciminis volumina calamo exarata) secundis veluti curis & attentiori inspectione deprehendi, ea hinc vix villo servato ordine quasi per saturam adibus confertimque, ut se in manum oculosque coniecerint, collocabo. Tuum erit ex spicilegio, Lector, quanta sit messis, admeriri, & doctissimi viri propensum in litteratos omnes studium ac benevolentiam, si tuæ res litterariæ id postulant, experiri.

IN Codice Naudæano 2. Extant S. Bonifacii Martyris atque Archiepiscopi Moguntinensis aliorumque ad ipsum Epistolæ non eodem, quo à R. P. Nicolao Serario Soc. nostræ Theologo editæ prorsus ordine, neque iisdem contextæ verbis, aut in omnibus similes. Ibidem quoque continentur Nicolai I. Summi Pontificis Epistolæ, quas operæ prærium fuerit conferre cum iis, quæ Romæ ac deinde Lipsiæ in Germania vulgatæ sunt. Incipit Codex: Imp. Pio Augusto Constantino Imperatore anno xxvi. post consulatum eius anno quinto, mense Octobri, die 25. Indictione 14. Sequitur alia Epistola sine inscriptione, quæ sic exorditur; Perlectis sanctitatis tuæ litteris gauisus sum, &c. agitque de omnibus Ecclesiæ gradibus, &c. videturque mutila.

Codex 7. mss. eiusdem Bibliothecæ in membranis descriptos habet diui Aurelii Augustini libros xxii. de Ciuitate Dei integros

ptos caractere optimo inter ordinarium & vnicalem medio, proindeque lectu facillimo: vt propterea sub eius finem legantur hæc verba: Ego Presbyter Antonius Nicolette de Ciuita Ducali scripsi hunc librum in duobus annis. Sequuntur deinde Flores ex illis xxii. de Ciuitate Dei libris per veritates collecti, quarum initium: Prima veritas, quod illa disciplina quæ à teneris annis imbuta est, &c. Finis verò: Nam quis est alius noster finis, nisi peruenire ad regnum cui nullus est finis. Deinde, explicit conclusiones siue commentum Magistri Francisci de Mayronis in omnes libros B. Augustini de Ciuitate Dei: Finiui ego Antonius Nicolette de Ciuita Ducali, de mense Februario, die prima, anno corrente 1449. semper Deo gratias referendo.

In codice Naudæano x. membranaceo I. Constitutiones & sententiæ per D. Episcopum Reatinum in palatio Papali præsidente Capitulo Reatino in plena synodo die 4. Aprilis anno Domini 1303. Indictione prima Pontificatus D. Bonifacii Papæ octauui anno nono lata & promulgata: Principium dictarum constitutionum nimio vsu & attritu profus euauit, quantum scilicet tota priori pagina continebatur, reliquis omnibus integris existentibus. II. Constitutiones & sententiæ per D. Episcopum Reatinum in Palatio Papali generali synodo lata & promulgata die sexta Aprilis anno Domini 1315. Ecclesia Romana Pastore vacante. III. Summa omnium Ecclesiarum tam ciuitatis quàm diocesis Reatinæ & censualium & illarum quæ respondent Ecclesie Reatinæ facta iussu D. Thomæ Episcopi. Principium: Nos Thomas permissione diuina Reatinus Episcopus. Finis. Expliciunt Constitutiones & redditus & prouentus Episcopi Reatini. IV. Littera Apostolica Lucii Papæ tertii directæ Benedicto Ecclesie Reatinæ Episcopo super terminis & finibus Diocesis Reatinæ. Data Veletri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesie Presbyteri Cardinalis & Cancellarii. IV. Nonas Iulii, Ind. xv. Inc. Dom. anno 1182. Pont. eiusdem Lucii anno primo. V. Littera Apostolica Innocentii Papæ quibus monasterium sancti Loperdi de Colle ferrato declaratur subiectum Episcopo Reatino cum facultate exigendi procurationes, &c. Data Laterani 6. Kal. Maii, Pontificatus eiusdem anno sextodecimo. VI. Diploma Geraldii Dei gratia Abbatis: alma vrbis, Patrimonii B. Petri in Tuscia, Ducatus Spoletini, Campaniæ Maritimæque Prouinciarum, necnon Perulinæ ciuitatis, &c. Rectoris & Gubernatoris Generalis contra accedentes ad Monasteria absque licentia. Datum Perusij die 22. Iunij xi. Indictione anno 1375. Pontificatus Gregorij xi.

anno tertio. vii. Constitutio quædam Blasij Episcopi Reatini facta iussu Agidii Cardinalis anno v 1111. Litera Gregorii xii. Summi Pontificis directæ Prioribus populi & cõunitatis Ciuitatis Reatinæ de electione sua & voto compescendi schisma, modò Petrus de Luna moram per se huic negotio non afferat. Data Romæ apud S. Perrum duodecimo ab assumptione die, xi. vero Decembris anno à Natiuitate Domini 1406. Quod autem Bulla siue plumbum vna tantum parte signatum sit capitibus Apostolorum, nuda remanente parte altera, huius rei Summus ipse Pontifex causam hanc sub litterarum eiusmodi finem assignat: De hoc autem quod Bulla sine impressione nostri nominis est appensa presentibus, nullus debeat admirari: nam ante coronationis nostræ solemnia vsus perfectæ Bullæ cum huiusmodi nominis impressione non habetur. ix. Exemplum litterarum missarum per supra dictum Dominum Papam aduersario suo Antipapæ de quibus supra fit mentio in literis Gregorii Papæ, Data Romæ ibidem & eodem anno, die verò xi. ab eiusdem assumptione & x. Decembris. x. Copia cuiusdam constitutionis Benedicti Papæ, super officio visitatoris, quod continet modificationem recipiendę procurationis à Prælati suas diœceses visitantibus. Datum xv. Kalendarum Ianuarii Pontificatus eiusdem anno secundo. xi. Instrumentum & transumptum cuiusdam Priuilegii foundationis monasterii sancti Angeli de Veins de Ciuita reali Reatinæ diœcesis concessi per recolendæ memoriæ Dominum Fratr. Blaxium dudum Episcopum Reatinum sub appensione eius Pontificalis sigilli, &c. xii. Nota priuilegiorum Abbatis sancti Laurentii Terræ monte regalis vel in Ecclesia sancti Laurentii de Monte Portio situatæ in territorio Fani Comitatus eiusdem terræ, &c.

In codice xiv. eiusdem Bibliothecæ post Damasi seu potius Anastasij Bibliothecarij librum de vitis Pontificum vsque ad Nicolaum I. & Guillelmi similiter Bibliothecarij Appendices aliquot extant vitæ Pontificum cæterorum à Pandulfo Pisano aliisque continuatoribus perductæ vsque ad Martinum v. quem iustus sanguinis anno 1430. è viuis sustulit.

Martini Poloni Summi Pontificis Capellani & Penitentiarij Chronicon extat in codice xx. Bibliothecæ Naudæanæ membranaceo admodum vetusto post prouerbia Annæi Senecæ alphabeticè disposita, dicta septem Græciæ Sapientum (quæ Tractatus Chilonis nonnumquam appellatur, quod Chilonis Mindii dicta primoloco referantur) tractatus de quatuor virtutibus ac remedijs fortuitorum eiusdem Senecæ. Incipit Chronicon illud, quemadmodum

editis: Desinit verò in Clemente iv. Romano Pontifice & Frederico ii. Romanorum Imperatore, videturque, ut in fine, sic in multis aliis diuersum ab excusis, ac in eo præsertim quòd Ioannæ Papissæ, ut vocant, nulla in eo codice occurrat mentio, quamuis codex ipse suâ potissimum vetustate insignis censeretur. Extrema eius verba hic adscribam: Duo quoque Cardinales Iacobus Prænestinus & Otto pro subsidio Ecclesiæ contra Fredericum Legati ultra montes missi, quum redirent ad Curiam cum pluribus Prelatis per naues Pisanorum capiuntur.

In codice XXI. Naudrano habentur I. Exemplar cedula subscriptæ & iuramento firmatæ à Cardinalibus in creatione Petri de Luna seu Benedicti XIII. Princ. Nos omnes & singuli S. R. E. Cardinales congregati pro electione futura in conclauis ante altare, &c. II. Responsio eiusdem Papæ facta die Dominica xx. Iunii 1395. cum illi significaretur ut ex præscriptis in illa formula ageret: Incipit, Benedictus, &c. cum dudum ad procurandum & accelerandum scissæ Dominicæ vestis, &c. III. Eiusdem responsio data eodem anno Ducibus Ioanni Bituricensi, Philippo Burgundiæ patris, & Ludouico Fratri Caroli Francorum illustris eiusdemque Ambaxiatoribus super viis honestis, vtilibus, iuridicis ad tollendum schisma, & incipit: Benedictus, &c. quamuis nuper dilectis filiis Ducibus, &c. & hæc est secunda responsio. IV. Tertia eiusdem Papæ responsio in facto cedula, cuius tenorem seruaturum profitetur contra quàm multis persuasum erat: incipit: Benedictus, &c. V. Dubia seu quæstiones super cedula subscripta per Dominos Cardinales in conclauis. Principium, Ita omnia supradicta huc schedula vsque continet, &c.

In codice XXII. Processus factus per R. P. D. Ademarum tituli sanctæ Anastasiæ Presbyterum Cardinalem super suspitione hæresis contra Franciscum de Ordelafo de Forliuio. Incipit: Anno Domini 1346. Indictione 14. die Veneris Mensis Octobris Pontificatus S. D. Clementis diuina prouidentia Papæ vi. anno v. Reuerendus in Christo Pater & Dominus Ademar, &c. Desinit: Guillelmo de Gordonio Rectore Ecclesiæ sancti Laurentii prope Brageriacum Sarlatensis diocesis testibus ad præmissa vocatis.

In codice XXIII. Instrumentum obedientiæ præstita à Dominis Galeacio & Pandulfo de Malatestis pro ciuitate Ariminensi. Incipit: Aymericus tituli S. Martini in montibus Presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus. Ad notitiam præsentium & perpetuam memoriâ futurorum. Dudum propter rebelliones

inobedientias, &c. Acta fuerunt hæc circa annum 1343. Clementis vi. secundum. Sequuntur postea varia instrumenta syndicatus civitatum Arimini, Faentia, Ravenna, Cervia, &c. quæ parum se obediens Romano Pontifici præbuerant.

In xxiv. & xxv. codicibus præter ea de quibus diximus supra pag. 39. in tertia parte Speciminis Antiquarum Lectionum Latinarum, continentur i. Relationes factæ D. Geraldo de Valle Diacono Neapolitano S. D. Papa Capellano in Regno Sicilia: citra Pharum Apostolico Nuntio & Recollectori censuum de omnibus beneficiis eorumque fructibus & emolumentis dicti Regni Sicilia: ii. Computus Thesauraria Bononiensis de mense Julii & Augusti 1364. Actuariorum sigillis munitus. iii. Ordo iudicarius in Foro Ecclesie editus per Magistrum Egidium de Fosariis de quo sectione vii. Partis iv. initio pag. 53. dictum est. Incipit: Ego Egidius de Fosariis Civis Bononiensis Doctor Decretorum licet indignus &c. Desinit: Hoc igitur opere vilia ponetis, v. cum Procuratorio Nuntiorum Henrici Imperatoris seu Regis Romanorum venientium pro eo ad præsentiam Domini Papæ habentur, Decretum Electionis Regis Romanorum, Tenor pronuntiationis Domini Papæ factæ post multos dies longa deliberatione habita super illo facto Regis Romanorum, Instrumentum fidelitatis præstitum Domino Papæ per nuntios & Procuratores Regis Romanorum, litteræ Domini Papæ subditis Regis Romanorum. vi. Fragmentum cuiusdam Registri de Censibus pertinentibus ad Ecclesiam Romanam in diversis regnis & mundi partibus, seu potius Recensio & inventarium, &c. Incipit à litteris & diplomatibus Imperatoris Constantinopolitani loci tituli: deinde, Michaël & Andronicus eius filius, &c. Adduntur in quibusdam argumenta & summaria. vii. Fragmentum Homiliarum in quo habentur Sermo sancti Maximi & Sermo S. Augustini de Aduentu Domini: reliqui vnde sint desumpti non dicitur, desideranturque principium & finis. viii. Processus pro Canonizatione & sanctificatione S. Ludouici Confessoris atque Pontificis Ordinis sancti Francisci. Incipit: Signum magnum apparuit in celo Ecclesie militantis cum diebus istis nouissimis, &c. Desinit, Datum Auenioni vii. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno primo. ix. Acta criminalia contra Guillelmum Brimionis de Samur, qui missis ad Benedictum xiii. litteris cuiusdam Charlotti nomine Ioannem de Athenis & alios qui præstigias & veneficia in ipsum Pontificem parauerant, prodere promiserat, eoque nomine permultas ab ipso pecunias extorserat. Habentur ibidem interroga-

interrogationes sociorum eiusdem Brimionis factæ tum in sancto Victore ab Auditore Camera, &c. tum in Turri Trullathij Palathij Auenionensis ab Abbate Balnearum anno 1408. x. Rationes subductæ ab Arditio de Tridino & Bonauentura Clusino eius Vicario de collectis & decimis ordinatis pro subsidio terræ sanctæ secundum quod à variis Collectoribus variis in locis accepta & expensæ fuerunt. Incipit: In Christi nomine in hoc libro continetur qualiter olim Arditius de Tridino Decanus Nicosiensis executor subsidij terræ sanctæ in partibus Lombardia, Marchia, Taruifina Aquileiensi & Gradenfi Patriarchatibus & Archiepiscopatu Ianuensi pro sede Apostolica, &c.

In codice xxvi. 1. Acta diuersa quibus Benedictus xiiii. coactus fuit cedere tandem Pontificatu, & ex præscripto cedula agere, vt finis daretur grauissimo schismati quo tunc conflictabatur Ecclesia. Incipit à cedula Conclauis. Nos omnes & singuli S. R. E. Cardinales congregati pro electione futura in Conclauis, &c. Desinit: Sextò quod præstantes eidem Benedicto obedientiam vel iâ substractam restitui procurantes grauissimè offendunt Christum & eius Ecclesiam sacrosanctam 11. Consultatio Ioannis de Lignano super electione Urbani vi. facta post mortem Gregorij xi. non liberis, vt videtur, suffragiis, sed tumultuante populo Romano & Romanum aut saltem Italicum Pontificem minaciter effractisque iam Palatij Apostolici valuis à Cardinalibus ipsis metu consternatis. Vnde queritur primò vtrum ista electio Canonica fuerit. Deinde si à principio non fuit Canonica, vtrum tacitus consensus omnium Cardinalium præmissò in informatione modo subsecutus sufficiat, ita quòd iste sit verus Papa. Conclusio est affirmatiua. Incipit: Cum sanctæ memoriæ Gregorius Papa xi. die 27. Martij obiisset in Roma officiales Urbis diuersa consilia tenuerunt. Desinit: & sic explicatur primus articulus Tractatus de fletu Ecclesiæ. Deinde verò nonnulla subiicit quæ cum hominis tū sæculi characterem ad omne natiuitatum & superstitionum genus plus æquo propensi exhibent: Sequitur secundus articulus principalis in quo procedam hoc ordine: nam primò examinando aspectus singularum figurarum iuxta doctrinam singulorū Astronomorum maximè Tholomæi, Albumafaris, Haly, Abenragel & Summatoris Anglici: secundò discussis aspectibus subiectam iudicium circa omnia maximè ardua & ponderanda circa statum generalem Ecclesiæ tam in spiritualibus quàm corporalibus euentura, tertio singulariter circa statum & progressum Domini Summi. Atque hinc siue Auctori, siue antiquario aqua hæsit,

M m m

neque aliud sequitur chartis pluribus quæ variæ supersunt. *III.* Fulgentii Placiadis Fabii viti præclarissimi Fabularum liber secundum moralem Philosophiam expositarum ad Catium Presbyterum Cartaginensem, Incipit: Quamuis inefficax: Desinit in fabula de Cycno & Leda. *IV.* Præclarum Poetæ Sedulii opus Paschale quod desinit, in carmine de Laudibus Domini, siue, ut est apud Fabricium in editione Poëtarum Latinorum in collatione Veteris & Noui Testamenti his versibus,

Gloria magna Patri semper tibi gloria Nate.

Flamine cum sancto gloria magna Patri. Deest Hymnus acrostichis vitam Domini continens, quem habet Fabricius: sed hic habetur diuisio in capita quæ singula suum lemma obtinent, quibus caret Fabricius, diuiditurque totum opus in libros quinque non in quatuor, ut in editis. Adest etiam sub finem epistola ad Macedonium. *V.* Alcimi Auiti Poëmatum libri sex quorum principium conuenit cum editionibus Gagnei, Mollheri, Fabritii & Sirmondi, si voculas aliquot excipias, quæ variè in exemplaribus istis editis leguntur. Finis etiam excepta Mollheri editione cum omnibus aliis conuenit: Verum sequuntur tres alii versus quos nulli codices editi representant.

Alchimus hæc lubrico texti quæ carmina versu

Binis iam breuibus sex sena volumina pennis

Conscripsi en celeris deno sub lumine solis.

Subduntur postea Sermo Beati Martini de Trinitate & fragmentum ex libro S. Augustini de Trinitate. *VI.* Tragœdia nouella hoc initio:

Quodnam cruentum sidus Arctoo potens

Regnauit orbe pestilens tantum mihi.

Gnati nefando flebiles cum vosthoro

Genui? Patris iam detegam falsi dolos, &c. Desinit verò:

Petit illecebras virtus supernas,

Crimen tenebras expetit imas,

Dum licet ergo moniti stabilem

Discite legem.

Reperitur hæc Tragœdia inter opera Poëtica Albertini Mussati Patauini edita Venetiis anno 1636. simul cum eius & aliorum historia sub hoc titulo, Eccerinis, quia tota est de Ezelino siue Eccerino & Alberico de Romano eius fratre. *VII.* Ad illustrem Dominum Laurentium Celsi Venetiarum Ducem commendatoria vitæ actæ & exhortatoria peragenda. Incipit: Recensenti mihi Dux inclyte veterum nostrorum religiosam industriam, Desi-

nit: Bene intendi Cancellarius tuus licet indignus etiam antequam Dux fueris totus tuus: successit Dux iste Ioanni Delfino circa annum 1361. Libellus est in membranis optimè scriptus, & idem, vt videturqui Duci, ipsi oblatus à Beneintendente fuerat. Meminit in eo Iulii Celsi Comitis Iulij Cæsaris, qui multos libros eleganter conscripsit. viii. & ix. de vitis SS. Floridi Tiphernatis Episcopi, S. Amantii Presbyteri & B. Helenæ dictum est supra parte Prima pag. 16. & 17. x. Historia S. Bonifacii Martyris Romani quæ incipit. Temporibus Diocletiani quater & Maximiani ter impiissimorum Imperatorum, &c. Desinit: Gloriosus Martyr Bonifacius victoriæ coronam assumens, &c. Eademque est edita Romæ à Lucâ Holstenio anno 1638 nisi quod hæc in tres lectiones diuiditur, & nonnullas voces ab Holsteniana, quæ vno tenore absoluitur, diuersas obtineat. xi. Officium sancti Geruntii Phicodensis Episcopi cum binis litteris vna Iacobi Volponi, altera Roberti de Lutri quibus probatur D. Geruntium Ceruientem seu Phicodensem Episcopum eundemque fuisse martyrio coronatum. xii. xiii. De B. Iacobo è Castro Plebis & S. Patroniano Episcopo Fanensi consule supra pag. 17. & 19. xiv. Vita B. Thomæ Florentini Ordinis Seraphici Patris sancti Francisci cuius corpus iacet in cœnobio Fratrum Conuentualium vrbs Reatina. Incipit: Cum Clementissimus ille Deus. Desinit: miraculorum splendore, &c. obiit in illa vrbe anno 1447. xv. de sex Episcopis Cardinalibus ex vetusto codice Vaticanæ Bibliothecæ. Incipit: Sciendum est quod status Cardinalium. Desinit: Idem dicit in suis commentariis Pius 11. libri 12. Pag. 343. xvi. de Iurisdictione Ecclesiæ super Regnū Siciliæ Tractatus, in quo ostenditur quadruplici titulo ad ipsam solam Ecclesiam Romanam pertinere. Incipit: Quæstio mouetur ab aliquibus ab Ecclesia Regum Siciliæ, &c. Desinit: Finis debiti qui est Christus Dominus.

Spicilegium Demonolatriæ, siue opusculum de Dæmonibus & Magis illos inuocantibus quatuor in partes distinctum, Auctore incognito qui scripsit post annum 1330. Ita quidem habet titulus mss. codicis Naudæani. Verum editus est ille liber ante centum & quinquaginta annos, indictus Conrado Gesnero, Antonio Possuino, Ambrosio Gozzeo, aliisque, atque hunc titulum præfert: Tractatus contra dæmonum inuocatores compilatus per sacra Theologiæ Professore[m] Fratrem Ioannem Vineti Ordinis Prædicatorum Inquisitore[m] Apostolicum Carcassonæ. Incipit: Frequens instantia quorundam Fidei Catholica zelatorum, &c.

Tractatus de origine, benedictione, consecratione & virtutibus Agnorum Dei, auctore Alfonso Cicarello de Meuania cum eiusdem ad illustrissimum & Reuerendissimum Guillelmum Sirlertum Patricium Stilensem & S. R. E. Cardinalem amplissimum praefatione scripta Romae quinto Idus Aprilis 1579. Principium operis est huiusmodi: Inter omnia mysteria quae fiunt in sacrosancta Romana Ecclesia. Liber est graphice scriptus minio variis in locis distinctus manu, ut creditur ipsiusmet Auctoris, qui tamen faucibus laqueo disceptis Romae periit iis de causis quas in eius falsitatum historia retulit doctissimus vir Leo Allatius post censuram in Volaterranas Antiquitates siue Fragmenta Etrusca à Curtio Inghiramiò publicata secunda editionis, ubi & istius codicis mss. Naudæani inter libros à Cicarello compositos mentionem facit.

Fr. Bernardi de Tritia Hispani Magistri in Theologia Ordinis Prædicatorum quaestiones xviii. de cognitione Animæ coniunctæ corpori Parisijs disputatæ. Incipiunt: Queritur primò utrum anima coniuncta corpori intelligat veritatem naturaliter cognoscibilem per species innatas vel acquisitas, &c. Desinit: sed potius ut passio quaedam transiens in ea recepta. Gesnerus iuxta titulum illius codicis mss. Bibliotheca Naudæana Bernardum hunc Hispanis annumerat, sed propius verò Ambrosius Gozeus in Catalogo Prædicatorum illustrium ex Prouincia Prouinciae eum esse dixit: Nam Posseuinus ex Antonio Senensi Lusitano Dioccesim illi assignat Nemaufensem prope Prouinciam & Auenionem, eundemque circa annum 1291. vixisse contendit.

S. Bernardi Claraualensis Abbatis Sermo seu Declamatio de verbis Euangelij, dixit Simon Petrus ad Iesum, ecce nos reliquimus omnia, &c. Continuo sermonis ductu procedit in excusis hactenus melliflui stillicis Doctoris operibus, verum in codice mss. Naudæano in sexaginta capitula suis instructa titulis diuiditur hoc lemata: Liber de colloquio Symonis ad Iesum missus Henrico Romanae Ecclesiae subdiacono, qui postea Monachus factus est apud Monasterium sancti Anastasij de vrbe.

Seueri Sulpitii Dialogo quem cum Gallo & Posthumiano de virtutibus B. Confessoris Martini Turonensis Episcopi feliciter contulit, in codice mss. Naudæano præmittitur Praefatio valde longa nescio cuius, quæ sic incipit: Charo & elegantibus moribus ac studiis Ger.... ola Ber.... Mo... salutem: singula quorum omnium inspicerem studia, quorumlibet ac desudare ingenia, &c. desinit

desinit verò: Valeas in Domino dulce cor meum, & ipsum iam tandem Seuerum sic dicentem audiamus. Caterum tres Epistole quæ in Victoris Gisellini editione hunc dialogum præcedunt, pone subiiciuntur in mss. codice, & omnium extrema est Seueri Præfatio in librum de vita B. Martini, quamquam absque titulo, vt in tribus aliis epistolis, imò & dialogis ipsis, primo excepto, obtinet.

Liber inscriptus Minora decreta in codice altero Naudæano, incipit: Diuersorum sententiæ Patrum de Primatu Romanæ Ecclesiæ ex variorum Pontificum decretis, quorum elenchum statim subiicit: Sequitur liber secundus de sacratissimo Pontificatu Romano: deinde tertius de Pontificali auctoritate & Regali potestate: tandemque quartus de quatuor Conciliis principalibus. Mentio in his Bedæ & Hincmari, qui octauo ac nono Ætæ Christianæ seculo floruerunt. Idem codex membranaceus antiquus optimæ notæ & formæ oblongæ continet sub finem decretum Nicolai Papæ (huius nominis II.) de modo & à quibus personis faciendâ sit electio Summi Pontificis, cui subscribere præter Nicolaum Bonifacius Dei gratia Albanensis Episcopus, Petrus Hostiensis Ecclesiæ Episcopus & cæteri Episcopi numero LXXVI. cum Presbyteris & diaconibus, nominantur in eo eius decessor Stephanus X. & Henricus Rex futurus Imperator. Additur quoque epistola integra D. Cypriani Carthaginensis Episcopi de Martiale & Basilide: quæ sic incipit: Cyprianus, Cæcilius, Primus, Polycarpus, Nicomedes, Lucianus, Successus, &c. nempe alii omnes Coepiscopi Hispanici sigillatim enumerantur, quos reperiri tantum in codice Remensi notauit doctissimus Rigaltius in notis ad hanc epistolam; variat quoque nonnumquam textus ab editis.

Officium proprium & octaua Virginis Heroinæ Martyris magnæ Reparata ex Sidicina Ecclesia ad institutum Romani Breuiarii redactum, Urbani VIII. Pontifici Maximi auctoritate editum & concessum Ecclesiæ Niciensi in Prouincia Alpium Maritimarum, cuius Cathedralis domus Reparata nomine dicitur, instante Episcopo.

Statuta Synodalia & Prouincialia obseruanda in Diœcesi Cameracensi compilata & renouata anno Domini 1300. Incipiunt: Districtè præcipimus quòd Prælati personæ siue patroni & duæ partes sacerdotum, &c. sequuntur, additiones, & statuta Concilii Remensis Prouinciæ anno Domini 1301. facta die Mercurii Ante festum B. Clementis. Incipiunt: Imprimis igitur statuimus &

decernimus auctoritate Concilij, &c. atque ita ordine subduntur synodi variae cum Remenses tum Cameracenses, vsque ad annum 1360. & finis est, non habeant potestatem audiendi confessiones, nisi de quibus apparebit per litteras patentes sub sigillo sedis Cameracensis.

○ Vita gloriosi Patris Hieronymi ex ipsius atque Augustini, Eusebii, Cyrilli, Gelasii, & aliorum sanctorum Patrum dictis edita. Incipit: Beati Hieronymi vitam à diuersis Auctoribus editam cum legissem, comperi eos inferuisse quaedam, non magnopere ad eius praeconium pertinentia, rursusque opportuna multa omisisse, &c. Adduntur sub finem Translatio corporis eiusdem ex Hierosolyma Romam, & Oratio D. Chrysostomi de Imperio & potestate humana & de Maiestate Diuina cum praefatione Interpretis Anonymi ad summum Pontificem: quae opuscula scripta fuere Maceratae die 15. mensis Maij 1555.

Excerpta de Sacerdotio IESV-CHRISTI ex Suida Graeco per Laurum Quirinum Cretensem Patricium Venetum in Latinum translata: Incipiunt: Tempore Iustiniani Imperatoris Christianissimi, &c. Habentur ibidem Pontii Pilati, Christi Domini ad Abagarum & Beatae Virginis ad Ignatium Epistola. Disputatio facta coram Anastasio Papa de anno 1163, cum Iudaeo. Concordatio veteris ac noui Testamenti: De morte Iudae scriptorum diuersitas. Iudicium sanguinarium Iudaeorum contra IESVM-CHRISTVM Saluatorem mundi & sententia Pilati. Viuebat Laurus Quirinus tempore Nicolai v. Papa, ad quem exhortationem scripsit: anno 1453. de Bello in Turcas suscipiendo, ob expugnatam ab ipsis eodem illo anno Constantinopolim.

○ De laudibus sancti Thomae Aquinatis oratio. Incipit: Mirifice recreor, Patres amplissimi, quum in hunc aditum laudis intueor refertum viris, &c. Desinit: Diuinam Thomae sapientiam sin minus assequi possumus, admiremur, eiusque sanctimoniam, quod recte possumus, imitemur.

Disputatio Sixti iv. Pontificis Maximi de Potentia Dei. Incipit: quia plerique sunt hac nostra tempestate, &c. Desinit, & amore non mediocri quo clarissimos illos Doctores vti Christianae religionis amatores tota mente complectimur. Additur verò Corollarii vice: Finis paruuli opusculi intitulati de Potentia Dei editi per Reuerendissimum D. D. Franciscum Saonensem Cardinalem tituli S. Petri ad Vincula, die prima mensis Octobris 1470. regnante Paulo Papa ii. Pontificatus sui anno septimo. Qui Cardinalis Saonensis assumptus anno sequenti ad summum

apicem Sixtus IV. est nuncupatus.

Speculum Sacerdotum in quo representantur aliqua utilia speculanda circa Baptismi, Eucharistiæ & Pœnitentiæ Sacramenta. Additur Confessio valdè utilis confiteri volentibus lingua Italica, cum speculum illud Latinè sit exaratum.

Magni Pii V. Pontificis Maximi vita quàm breuissimè explicata per Franciscum Ioannettum iuris vtriusque Doctorem & in patrio Bononiensi Gymnasio Sacrorum Canonum Professore primarium. Qui verò eodem auctore Ioannetto editus est Bononia anno 1577. liber de Vitis Romanorum Pontificum desumptus ex veteribus Germanis Scriptoribus, is desinit in Clemente septimo.

De Primordiis vrbs Rhagusinæ ex quinto libro Commentariorum Lodouici Ceruati Tuberonis, qui incipiunt ab interitu Regis Huniadis Coruini.

Comparatio de præsentia Hannibalis Carthaginensis, Alexandri Magni & Scipionis Maioris Romani apud inferos, ex Græco in Latinum conuersa ab Aurispa Oratore ad Baptistam Senatorii & Equestris Ordinis Ciuem Romanum.

Iubiliu Mauri Sabini de Turrium Sabinarum patriæ suæ origine commentarius duas in partes diuisus.

Diarium Tiferdense, de rebus in Italia & præsertim Tiferi ge-
stis ab annò 1348. ad 1483.

Vincentii Castellani de nobilitate ciuitatis Fori Sempronii.

Oratio funebris in funere Nicolai Papæ V. primo die exequiarum auctore Nicolao Episcopo Catanzarii.

Statuta proborum virorum Ciuitatis Auenionis per sanctam disquisitionem sapientum examinata & in sanctis Conciliis approbata atque inter eos authenticè hætenus seruata, & deinceps obseruanda tanquam iustitiam & æquitatem in se continentia. Facta fuerunt circa annum 1316. Sedente Ioanne XXII. Romano Pontifice, vt habetur sub finem. Inde varia antiquitatis monumeta Historica ac principum aliorumque diplomata poterunt erui.

De Origine Reipublicæ vrbs quæ à sancto Marino in Italia nuncupatur.

Apologia Benedicti XIII. Romani Pontificis, incendij insimulati, &c.

Conclauæ Pii. II. Romanorum Summi Pontificis qui antea Æneas Syluius appellatus.

Instructio pro Reuerendissimo Domino P..... tituli sancti Cyriaci Presbytero Cardinale, Regiensi vulgariter nuncupato,

Apostolicæ Sedis Legato ad Regem Hungariæ destinato, anno 1495.

Præclarum Sacrosanctæ Eucharistiæ miraculum & famosum valde factum Parisius anno Domini 1490.

Iacobi Gohorii Parisini de gestis Francorum liber XIII. siue Ludouicus XII. Patriæ pater.

Federici Commandini Vrbinatis vita per Sebastianum Maccium.

Federici Bonauenturæ Vrbinatis vita, eodem auctore Sebastiano Maccio.

Ioannis Maphæi Congregationis Diui Georgii in Alga Canonici ad religiosum venerandumque Patrem Franciscum Guizzo eiusdem Congregationis Canonicum de vita ac moribus præstantissimi cuius Veneti Benedicti à Platea oratio scripta anno 1485.

Acta sanctæ Margaritæ descripta à Rectuno, qui ei administrabat panem & aquam in carcere, cum figuris in veteri codice membranaceo.

In alio codice, qui decimus quartus ordine numeratur, post librum Anastasii Bibliothecarii de vitis Romanorum Pontificum, usque ad Nicolaum primum qui obiit anno 866. & additas à quodam Guillelmo eodem S. R. E. Bibliothecarii titulo decorato paucas Paparum aliquot vitas Pandulfus Pisanus excepit, ut in Paschali II. videre est à quibus Pontificibus quempiam alium Historiam illam produxisse oportet usque ad Martinum V. quem in Concilio Constantiensi electum in festo S. Martini die XI. mensis Nouembris tandem anno 1430. ictus sanguinis è viuis sustulit.

Formula confessionum edita à fratre Ioanne Rigaudi de ordine Fratrum Minorum Domini Papæ Clementis V. Pænitentiarario.

Peregrinantium ad limina Apostolorum origo & progressus. Item Episcoporum præceptum & iuramentum.

Ritus tradendi vestitus & professionis faciendæ in ordine Christianæ Militiæ Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ semper Virginis.

Francisci Charpii discursus ad Summum Pontificem super dispensatione Matrimoniali occasione alicuius Principis haud infeliciter elucubratus: strictim enim congerit multa argumenta quibus supremum Pontificem dispensare quolibet in casu posse ostendit: Incipit: Beatissime Pater, ut præsens materia rectè intelligatur

colligatur primò à definitione incipiam, &c.

Antonii Panormitani, Guarini Veronensis, Luchini, & aliorum epistolæ quædam breues at pauca.

Francisci Barbari, Cardinalis Hermolai Barbari patris, epistolæ.

Repetitio egregii Zanini Coqui Hugolini de Parma. Item sermo de laudibus Artis popinariæ & magiltrandi ritu per Hugolinum Parmensem editus & procuratus Papiæ in plateis magnis super curru triumphali. Cæterum Hugolino isti plurimum debent renascentes litteræ ut qui non paucos Classicos auctores, maximè Poëtas primus è tenebris eruerit & præfationibus terlis castigatisque ornarit.

Ad illustrem Equitem D. Orsatum Iustinianum Veronæ Præfectura sanctum Tobia Borgi nomine populi Veronensis gratulatio.

Oratio Guarini Veronensis habita pro fausto ac felici studio Ferrariæ inchoando, Regente illustri Leonello: sequuntur duæ tresve aliæ eiusdem Guarini ad scholasticos exhortationes.

Thomæ Reatini Apologia in Poggium maledicum, eiusdemque orationes aliæ.

Nicolai Perrotti oratio in eundem Poggium Florentinum.

Fabulæ Æsopi in Latinum sermonem conuersæ ab Omnibono Leonicensi ad Franciscum Gonzagam Principem Mantuanum.

Nicolai Pratenfis somnium de felicitate & miseria Curialium Urbis Romæ ad Reuerendum in Christo Patrem Ioannem sanctæ Mariæ in Dominica Diaconum Cardinalem de Medicis Patrimonii sancti Petri Legatum dignissimum.

Francisci Brusonii Poëta Laureati Dialogus, qui Disphilus inscribitur, Mantuæ anno 1511. scriptus, ut rumorem de nuptiis à se cum non honesti nominis famina clam celebratis auerteret.

Annotationes in librum Caroli Sigonij Mutinensis de Republica Hebræorum.

Marsilii Cognati Veronensis Doctoris & Medici & Philosophi perinsignis Variarum obseruationum liber Quintus hætenus, quod sciri potuerit, ineditus, cum priores quatuor iam pridem Venetiis fuerint typis excusi.

Ioannis Baptistæ Camotii commentarii in Alcibiadem Maiorem Platonis.

Bernardini de Cacciantibus Alatrinitis tractatulus de Geniis ad R. D. Prosperum de sancta Cruce Patricium Romanum & sanctæ Roræ Auditorem dignissimum circa annum 1547.

Hieronimi Cardani Medici Mediolanensis super Euclidem li-

bri nouem : quorum primi tres sunt additionum & expositionum super quinque priores libros Euclidis : tres verò qui sequuntur super quatuor proximè consequentes eiusdem Geometrarum Principis libros, vltimi autem tres super sex vltimos, in folio, cum figuris.

Eiusdem Cardani de prudentia eximia seu artificiosa, libri duo manu auctoris propria cum lacunis hinc & inde exarati.

Vfus directorij planetarum ad amplissimum. supremæ Curia Consiliarium Ioannem Marletium Musæum, auctore Ioanne Mercerio.

Petri Pomponatii Mantuani Commentarius in parua Aristotelis Stagiritæ, vt vocant, Naturalia.

Zachariæ Pulhei Feltrensis ad clarissimum Dominum Hieronymum Taiapetram Belluni Prætozem quæstiones tres Philosophicæ: Prima de speciebus intelligibilibus. Secunda, An cælum seclusa intelligentia sit compositum ex materia & forma. Tertia de primo cognito.

Abbreuiatio Francisci Sirigati super Quadripartito Ptolemæi.

Musica speculatiua Magistri Ioannis de Muris, & Enchiridion Domini Odonis Abbatis siue dialogus inter Magistrum & discipulum cum Micrologo Musicæ artis.

Chirurgia Magistri Henrici de Armundauillâ Chirurghi Regis Francorum Philippi Pulchri scripta in studio Parisiensi, anno 1306.

Glossæ super tractatu Auicennæ de cura lepræ editæ per M. Albertum de Zachariis Bononiensem.

Matthæi Curtii (siue Cintii) Papiensis in primum & secundum librum artis Medicinalis lectiones.

Eiusdem in primam & secundam sectionem Aphorismorum Hippocratis commentarij.

Tancredi de Corneto summa Iuridica varias continens quæstiones in eiusdem Apparatu tam Ciuili quàm Canonico omittas.

Zachariæ filij quondam Martini & Raynerii Perusini discipuli summa Notariatus, post Rolandinum edita, in membranis per columnas in folio.

Ioannis Mazonij Casenatis oratio Pisis habita cum illic anno 1588. Aristotelem interpretandum susciperet, longa & admodum erudita.

Francisci Frisimelicæ doctrina de pulsibus 1548.

Symposiacæ Parifoni Pellati Alexandrini Disputatiuncula 1483.

Quinti Marii Corradi ad Sebastianum Thomasiuum de arte bellus doctus & elegans.

Antiquitates nobilium gentium Ægyptiorum, Perfarum, Atheniensium, Lacedemoniorum, Romanorum, Gallorum: auctore Nicolao Caussino Societatis Iesv Sacerdote.

Marciliana Historia Legenda Methodus auctore Theodoro Marcilio. Item de Funere publico & statua rostrali.

Francisci Priscianensis exemplorum de quantitate syllabarum Refugium. Liber, instar Profodia Henrici Smetii Medici & Ianua Musarum R. P. Ludouici Caualli Ordinis Minorum, ante ducentos annos elaboratus.

Hugolini Parmensis Philogenia Comœdia ante ducentos annos scripta.

Argumenta singularum distinctionum Iuris Canonici versibus hexametris totidem conscripta hoc initio.

Disce quid humanum ius diuinumque vocetur.

Hic ius Romanum per singula membra notatur.

Desinit verò in hoc carmine.

Patrum sancita cessant hic metricata.

Planctus Ecclesiæ in Germania: auctore Conrado de Magenberg id est de Monte puellarum anno Domini I. C. 1337. ætatis suæ 28. Præmittitur gemina præfatio: Prior, gloriosissimo vice Christi in Alemaniam Legato Domno Arnaldo de Virdello, &c. Altera ad Capellanum Domini Papæ Ioannem de Piscibus Legum Professore: Sequitur deinde opus metricum in cuius primo capite Auctor Papam alloquitur.

Flos & apex mundi qui totius esse rotundi,

Nectare dulcorum conditus aromate morum

Orbis Papa stupor, clausor celi referator,

Tu sidus clarum, thesaurus deliciarum,

sedes sancta, potus, tu mundo sol modò solus, &c.

Continet opus illud duas partes: Prima est de planctu Ecclesiæ in Germania: ob discordiam inter Papam & Ludouicum Bauarum Imperatorem: altera verò Clericos ac maxime Mendicantes exagitat quòd sub habitu simplici fundant venenum in Ecclesiam Dei & prænotatam illam nutriant inter fideles discordiam. Hac verò pars postrema his versibus clauditur:

Tu virginis ipse Maria

Fili sicque Dei, meretrices & Pharisei,

Non dedignati sunt à te, sed venerati,

Cùm sua fleuere peccata, mei miserere Amen.

Neque verò à re nostra alienum prorsus fuerit obseruare in codice qui quintum hunc proximè sequitur, Iacobi Caietani de Sre-

phanischi sancti Georgii ad velum aureum Diaconi Cardinalis Operi Profometrico tribus versuum millibus constanti de vita & rebus gestis sancti Petri de Murrhone, seu Caestini v. Romani Pontificis, de quo supra mentio facta est, praemitti eiusdem Cardinalis epistolam hoc titulo: Religiosis viris amicis carissimis Abbati & conuentui Monasterii sancti Spiritus de Sulmone Ordinis sancti Benedicti Diocesis Valuentis Iacobus miseratione Dei, &c. Sequitur Praefatio quae oratione soluta totius Historiae seriem breuiter explicat: deinde librorum & capitum index: tum succincta ipsius Iacobi de seipso mettica descriptio quam hic afferre non erit fortè Lectoribus iniucundum, iis praesertim, qui in Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium vitis scriptisque conquirendis hoc tempore diligentem conferunt operam.

Vrbs mihi principium generis, Iacobus mihi nomen.

Caetanus erat fluidi trans Tibridi sarnem

Stephanidum de stirpe satus, producor ab Vrba,

Murronum cecini repetentem claustra Monarcham,

Insertumque polo, Bonifacius utque triumphet,

Vrbe sacra Diadema ferens, quo cardine fultus

Hunc panxi, caloque Petrum metroque refudi

Ceterum, sudique prosa: Deus hinc tibi laus est,

Denique opus ipsa his versibus aggreditur.

Alma Petri sedes iam dudum languida vultu,

Inuidia superante, &c.

Claudit verò: *sit Petro gloria laudis*

Confessori almo mirè sua carmina danti,

Cum quo Calicolis iuncti regnemus in auum.

Habetur extrema parte vltima paginae codicis illius mss. Instrumentum donationis praedicti Voluminis seu operis Profometrici factae à Magistro Petro Notre de Neapoli anno 1412. Caestinis Auenionensibus vt orarent pro remissione peccatorum dicti Ioannis, &c. Facta autem fuit haec donatio coràm Simone de Gol Baccalaureo in Decretis & Notario Auenionensi qui se subscripsit, & sigillum, vt moris est, addidit, sed fugientibus litteris iisdemque valde minutis, quemadmodum in tota illa donatione, quam propterea vix legere aut intelligere nisi diuinando quis possit.

Bernardini Veronensis Commentum in Priapeia in codice Naudaxano incipit: Quoniam huius commentarioli nostri finem claudet epistola quae Magnorum Virorum opinionibus sententiisque plena declarabit quoniam auctore tam elegans tamque artificiosum

fciosum carmen factum sit, &c. Deest tamen hæc epistola, & finis libri ac commentarii est: relinquo expositionem quam multi huic epigrammati addere consueuerunt, &c. Onuphrius Panuinius libro de Viris Veronæ doctrina & bellica virtute illustribus Bernardini istius mentionem facit pag. 55. his verbis: Bernardinus quidam nomine incerto Veronenfis scripsit commentarios in Tibullum Romæ excusos anno Domini 1475.

Initio pag. 46. Ianotii Manetti Florentini quinque orationes strictim attigimus ex codice Naudæano: quia vero variis in locis ac diuersis de rebus habitæ sunt, placet in his modo diutius immorari. Prima funebris recitata fuit in solemnibus Leonardii Aretini Historici Oratoris ac Poetæ Laureatione. Incipit: Si immortales Musæ diuinæque Camænæ, præstantissimi ciues, &c. Secunda ad Alfonso Aragoniæ Regem in nuptiali vnici filij inclyti Calabria Ducis congratulatione habita Neapoli in publico & generali Auditorio: Incipit: Demosthenes Græcorum & Latinorum omnium Orator excellentissimus, &c. Tertia Florentinorum nomine ad congratulandum Nicolao v. Summo Pontifici in creatione sua habita Romæ in publico & generali Consistorio. Incipit: Si nobis coram sanctitate tua, &c. Quarta eorundem Florentinorum nomine ad Senenses: Incipit: Cum Florentini amici ac finitimi vestri, &c. Quinta ad Veneros apud quos non secus ac apud Senenses & Summum Pontificem Legati munere functus est. Incipit: Magnum quoddam & ingens nobis de hac nostra legatione, &c. Harum verò orationum quæ est ad Alfonso edita fuit anno 1611. à Marquardo Frehero cum Sandæo de Regibus Siciliæ & dictis Alfonso: vbi & alia eiusdem Ianotii ad eundem Alfonso de laudibus Pacis Neapoli recitata. Curauit præterea nobilis Philologus Alexander Brassicanus eiusdem Ianotii libros quatuor de hominis dignitate & excellentia Basileæ per Cratandrum excudi anno 1532. Atque vtinam, inquit vir iuuandis literis natus clarissimus Naudæus, reliqua tanti viri opera, quæ à Posseuino longa titulorum serie referuntur, excusa pariter fuissent! Plura de eo qui volet, adeat Bocchium in Clarorum Florentinorum Elogiis. Atque in iis finem supplemento, ne latius excurrat, præfigo.